

XXXV OLIMPIADA JĘZYKA ŁACIŃSKIEGO 2016/2017 - III ETAP**Przetłumacz na język polski poniższy fragment tekstu Marka Tulliusza Cyncerona.**

Różnice religijne w świecie starożytnym

Nunc autem, si quis multas et varias gentes et urbes despiciere et oculis collustrare possit, videat primum in illa incorrupta maxime gente Aegyptiorum, quae plurimorum saeculorum et eventorum memoriam litteris continet, bovem quendam putari deum, quem Apim Aegyptii nominant. Multaque alia portenta apud eosdem esse et cuiusque generis beluas consecratas numero deorum scimus. Deinde Graeciae sicut apud nos delubra magna humana consecrata simulacris, quae Persae nefaria putaverunt. Eamque unam ob causam Xerxes inflammari Atheniensium fana iussisse dicitur, quod deos, quorum domus esset omnis hic mundus, inclusos parietibus contineri nefas esse duceret. Post autem cum Persis et Philippus, qui cogitavit, et Alexander, qui gessit, hanc bellandi causam inferebat, quod vellet Graeciae fana punire. Quae ne reficienda quidem Graeci putaverunt, ut esset posteris ante os documentum Persarum sceleris sempiternum. Quam multi, ut Tauri, ut rex Aegypti Busiris, ut Galli, ut Poeni, homines immolare et piis et diis immortalibus gratissimum esse duxerunt!

[cf. M. Tullius Cicero, *De re publica*, III, 14-15]

Objaśnienia:

Apis, -is (acc. sg *Apim*) – Apis [święty byk czczony w Egipcie]

Aegyptius, -ii – Egipcjanin

numerus -i – tu: duża ilość

Persa, -ae – Pers

Xerxes, -is – Kserkses [król perski w latach 486 – 465 p.n.e., inicjator wojny z Grekami w roku 480 p.n.e., podczas której doszło do spalania Aten]

Philippus, -i – Filip [Filip II Macedoński, król Macedonii w latach 359 – 336 p.n.e.; jego plany ataku na Persję udaremniła śmierć]

Alexander, -i – Aleksander [Aleksander Wielki]

ante os – tu: przed oczyma

Taurus, -i – Taur [mieszkaniec Taurydy na Krymie]

Busiris, -idis – Buzyrys [mityczny król Egiptu]

Gallus, -i – Gall

Poenus, -i – Punijczyk, Fenicjanin